320

H

21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

KW 320 H 21

PETRI FRANCII

NAMURCUM EXPUGNATUM.



AMSTELAEDAMI,

Apud JOHANNEM RIEWERTZ. Urbis &
Illuſtris Athenaei Typographum
M D C XCV.

1695

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

NAMURCUM Expugnatum.

ADeſte Muſae: Rege dignum maximo
Dictate nunc carmen mihi.
Tradit Namurcum maximo ſeſe Duci,
Victaſque dat Regi manus.
Silete venti, voſque vates Gallici,
Dum facta Gulielmi cano.
Quid hoc? an alti ſcandit arcem Pergami
Labore Grajus improbo?
Septemne rurſus obſident urbem Duces,
Amphionis ſtructam lyra?
Non, non: ſubacto grandius quid Ilio
Confecit Alcides novus:
Longeque captis clarius Thebis opus
Noſtri patraverunt Duces.
Credas Aorni montis indomabile
Ceſſiſſe Pellaeo jugum:
Credas feroces velle bellum milites
Inferre coeleſti plagae.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Triſulca cerno tela, ſed noſtri Jovis,
Vibrata Regali manu:
Inſueta terris audio tonitrua,
Ruptis fragore nubibus.
Ardeſcit omnis igne ſulphureo polus:
Excelſa terrarum tremunt.
Fugiunt ſub undas territi, atque imo caput
Amnes recondunt alveo.
Caeduntur hoſtes: ferreus paſſim viros
Proſternit imber, ac domos:
Et mille mortes mille faucibus vomunt
Dirum frementes machinae.
Nil arte firmum, nil ſatis tutum loco:
Nil flumen, aut vallum, nihil
Praerupta proſunt montium cacumina,
Et proximum coelo jugum.
Teſtis Namurcum, teſtis arx Namurcia,
Vicina teſtes flumina.
Quid Moſa juvit, amne quid Sabis ſuo?
Quid urbis invictae ſitus?
Quid arx in alto monte munitiſſima,
Quam vix ſupervolent aves?
Quid Gallicani militis longus labor,
Huic nuper impenſus loco?

Su-

Superavit illud omne, cui nil arduum,
Cepitque, quam nemo capi
Credebat unquam poſſe: quam captam Tibi,
Rex magne, vix credet nepos.
Gaude hac opima, Rex Britanne, laurea,
Qua clarior nulli data eſt.
Gaudete, tantae magna pars adoreae,
Mavorte juncti Principes.
Veſtris (nec illud Rex negat) veſtris ſimul
Debetur illa dexteris.
Praeivit Ille, Vos ſecuti, mutuis
Cepiſtis urbem viribus.
Vos aeviternum, Principes, manet decus,
Majorque ſemper gloria:
Vos, vos alumni Martis & Victoriae,
Vos eſtis Europae ſalus:
Vos Ludovici terror, & mora unica
Ferocientis Galliae.
At tu, ſuperba Rege Magno Gallia,
Quid mentis aut ſenſus tibi?
De Rege quid nunc judicas Britannico?
Num miles, & bello bonus?
Quin nunc ſuperbis, & triumphas, inſolens,
Odamque conſcribis novam,

Cap-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Capta Namurco, Regis & nomen tui
    Ad alta tollis ſidera?
Mutavit aequus ordinem rerum Deus,
    Verſaque nunc illam vice
Cepit Gulielmus, Ludovicus perdidit;
    Bonaque perdidit fide.
Defendit arcem, qua valet, Bouflerius:
    Dat terga Villeroïus,
Centumque mille militum armatam manum
    Re ducit infecta domum.
O mira belli fata, & incertam aleam!
    Spectator eſt certaminis,
Teſtiſque noſtrae (quis putet?) victoriae,
    Ut nos eramus illius.
Sequitur ſuperbos poena. Quo nuper modo
    Urbs capta, eodem amittitur.
Fallor: nec iſto, Galle, ſi neſcis, modo,
    Quo capta, nunc & redditur.
Tu nempe furtis artibuſque bellicis,
    Aurique multo pondere,
Illam occupaſti: Marte nos illam & manu.
    Tu debilem multo magis:
Nos firmiorem molibus factam novis,
    Et arte munitam, ut loco.

Sed,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Sed, eloquenti vera ſi credis mihi,
Et ſcire, quod res eſt, cupis:
Dicam, quod ipſa non negabit Gallia;
Quod ipſe Rex veſter probet.
Princeps Namurcum fortiter cepit tuus:
Noſter recepit fortius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
320 H 21